

JURIS CANONICI

THEORIA ET PRAXIS,
AD FORUM TAM SACRAMENTALE

quàm contentiosum, tum Ecclesiasticum,
tum Seculare.

OPUS EXACTUM NON SOLUM

ad normam Juris Communis & Romani, sed
etiam Juris Francici.

Authore IOANNE CABASSUTO Aquisextiensi,
Congreg. Oratorii Domini IESU Presbytero.

Editis postrema ab ipso Authore recognita & aucta.

Est Seminar




*Hibernorum
Salmantini.*

LUGDUNI.

Apud BOUDET, DECLAUSTRÉ, DEVILLE,
& DE LA ROCHE.

M. DCC. XIX.
CUM PRIVILEGIO REGIS.





EMINENTISSIMO DOMINO

HIERONYMO
GRIMALDO,
S. R. E. CARDINALI,

Aquarum-Sextiarum Archiepiscopo :

IOANNES CABBASSUTIUS Aquisextiensis, Oratorii
Domini nostri Iesu Presbyter S. D.




ETSI commune omnium Christianam Religionem profitentium Officium in imitatione Christi consistat, cuius Apostolus nos adhortatur ut simus imitatores sicut filii charissimi ; Sanctusque Ecclesiae Doctor Gregorius Nyssenus toto suo ad Harmonium libro explorans quidnam rei sit Christianismus, nihil aliud esse com-
monstret quàm imitationem Christi Domini : hoc tamen officio arctius prae cæteris adstringuntur illi quos, ut Divinae Scripturae verbis utar, posuit Spiritus Sanc-

3. 2. tus.



IURIS
CANONICI
THEORIA ET PRAXIS.
LIBER PRIMUS.



CAPUT PRIMUM.

*Præcipuus ac ultimus finis, ad quem collimare debes
Canonica Jurisprudencia: materia circa quam
versatur, eiusque partitiones.*



STUPENDA prorsus, nec unquam satis deploranda est
humani cæcitas animi, quem Divinus Spiritus suâ illâ super-
naturali luce non collustraverit. Cum enim nihil ita homi-
nis intersit, ei que tam necessarium sit, ut est cognitio finis
ac felicitatis suæ, ad quam omnis vita, omnisque actus di-
rigendus sit; ipsi tamen Gentiles Philosophi, qui omne serè
studium ad hanc perquisitionem contulerunt, à scopo isto
ad eò infelice aberrarunt, ut veterum Romanorum doctis-
simus Varro, teste Augustino lib. 19. de Civit Dei, cap. 1. ducentas octoginta &
octo diversas de fine, summoque hominis bono sententias collegerit; cum tamen
ex tanto sententiarum numero non nisi unica possit esse vera & complectenda, ea
scilicet, quæ finem summumque hominis bonum in unius Dei fruitione consti-
tuit.